



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

374. Ut mercatus in die dominico non sit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 171
ctualia , vel angaria , & si forte necesse sit,
corpus cuiuslibet duci ad sepulcrum.

Item de die dominico. *Ex eodem Concilio.*

CCC LXXXIII. Feminæ opera textilia
non faciant in die dominica, non capulent ve-
stitus, non consuant, vel lanam carpant. Non
licet linum battere , aut in publico vestimenta
lavare , nec verveces tondere , ut omnimodis
honor & requies die dominica persolvatur.
Sed ad Missarum sollemnia undique conve-
niant , & laudent Deum pro omnibus bonis
qua nobis in illa die conferre dignatus est.

*In vulgatis Capitularium editionibus, & in
codice regio ex quo prima Parisensis editio
prodiit, legitur: Item fem. op. text. non fa-
ciant, nec capulent vestitus, nec consuant,
vel acupicile faciant; nec lanam carpere
&c. Codex Colbertinus: vel acupicule fa-
ciant. Rivipullensis: acupicula faciant. No-
ster: nec aucupiculæ fiant. Pro eo autem quod
heic legitur nec verveces tondere, editiones
Capitularium habent berbices. Et tamen om-
nes libri MSS. habent verveces aut vervi-
ces, etiam ille ex quo prima editio Parisien-
sis adornata est.*

Ut mercatus in die dominico non sit.

Ex Concilio

CCC LXXXIV. Omnes dies dominicos Concil. Mo-
cum omni veneratione observare decrevimus gunt. an. 813.
& ab inlicito opere abstinere , & ut mercatus c. 37.
in eis minimè fiat , nec placitum ubi aliquis ad Lib. 5. Capi-
mortem vel ad pœnam judicetur , nec sacra- tular. c. 88.
Burchard lib. 2. c. 81. & 85.